



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Admodvm reverendis Religiosis Et Amplissimis Patribs, Ecclesiarum
Collegiatarum, ac Monasteriorum Baioarium Praelatis Dominis honorandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

ADMODVM REVE-
RENDIS RELIGIOSIS ET
AMPLISSIMIS PATRIBVS, ECCL-
E
fiarum Collegiatarum, ac Monasteriorum
Baioariam Prælatis Dominis ho-
norandis.

S.



VSC EPTI laboris mei cau-
sam ex pluribus vnam, eam-
que præcipuam, Admodum
Reuerendi Religiosissimi &
Amplissimi Patres, Domini
colendi, in dedicatoria hu-
iusoperis epistola ad Serenissimum vtriusf-
que Baioariæ Monarcham MAXIMILIA-
NV, Dominum nostrum clementissimum
exposui. Sequitur nunc alia, quæ ad Pater-
nitates vestras propriè pertinet. Res sic ha-
bet. Redemptor humani generis, Domi-
nus noster IESVS CHRISTVS ex Virgine Ho-
mo factus, sanguine suo acquisiuit sibi hæ-
reditatem, regnumque æternum: Ecclesi-
am sanctam per spiritum sanctum in vni-
tate fidei, sub visibili capite Romano Ponti-
fice, B. Petri Apostoli successore ex omnib.
vniuersi terrarum orbis gentibus congre-
gatam, ac deinceps vsque ad consummatio-
nem sæculi congregandam. Huius regni

X 2 spiri-

spiritualis per celeberrimam Noricoruſ seu
Baioariorum prouinciam antecessores ve-
ſtri, communionem sanctæ sedis Apostoli-
cæ firmiter & inconcuſſè tenentes, fuerunt
pastores, Magistri, doctores atque rectores.
Iudem estis etiam vos, qui in locum illorum
per ſucceſſionē legitimā ſubintraftis. Quid
verò dignius eſſe potest, quidue æquitati
magis conueniens, quam vt viri iſti glorio-
ſi, ad cœleſtem illam beatorum ciuitatem
iam translati, ab omni generatione lauden-
tur; eorumq; memoria de ore futuræ poſte-
ritatis nunquam recedat. Minime verò
hoc fieret, niſi talium tantorum patruſ præ-
clarè geda omnium conſpectui exposita ſu-
pereſſet, quin potius, quod olim ſtatuis illu-
ſtrium Romanorum, ab Auguſto ex Capito-
lina arca propter angustias in Martium cā-
pum collatis, per Caligulam eueniffe refert
Suetonius, penitus ſubuerterentur, ac æter-
no inuolueretur ſilentio. Quod omnino eſ-
ſet inhumanum, & ne quid dicam grauius,
a debita pietate erga maiores optimè meri-
tos prorsus alienum.

Habetis Patres admodum Reuerendi &
amplissimi, alteram impensi qualis cunque
laboris mei cauſam, vistro, opinor, quoq;
prudēti judicio & auctoritate haud impro-
bandam

bandam: perennitatem, inquam, mémoriæ
piorū, & omni laude dignorum antecesso-
rum. Eadem vos quoque, nulla neq; tempo-
ris neq; hominum iniuriā vobis præripieda
manet; quod ratum faxit cœlestē numē. Mo-
NACHII, die vicesima quarta mēnsis Se-
ptembris, D. RUDPERTO Boiorum Apostolo
sacro, An. C. M. D. CXX.

Ad. ^m RR. & Amplif. PP. V. ^{ras} debita
obseruantia colens,

CHRISTOPHORVS GEVVOADVS

I. C. Seremi Boior. Duc.

a Consiliis.